

Antonin Dvořák - Messe in D-Dur

Kyrie

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Gloria

Gloria in excelsis Ieo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis, laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te.

Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, domine Deus, rex coelestis, pater omnipotens, domine fili unigenite, Jesu Christe, domine Deus, agnus Dei, filius patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis!

Suscipe deprecationem nostram, qui sedes ad dexteram patris. Quoniam tu solus sactus, tu solus dominus, tu solus altissimus, Jesu Christe, cum sancto spiritu in gloria Dei patris. Amen

Credo

Credo in unum deum, patrem omnipotentem, factorém coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Credo in unum dominum, Jesum Christum, filium Dei unigenitum, et ex patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Dei vero, genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis.

Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, et homo factus est. Cruzifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in coelum, sedet ad dexteram patris, et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Credo in spiritum sanctum, dominum et vivificantem, qui ex patre filio que procedit, quicum patre et filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Credo in unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum bapntisma in remissionem peccatorum, et expecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi. Amen.

Sanctus

Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt coeli et terra gloria tua, osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domine, osanna in excelsis.

Agnus Dei

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis! Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem!

---

Voranzeige: A cappella Programm mit Werken von /Reger, Haydn, Debussy. u. c.

Das Collegium Musicum Vocale sucht noch geübte Chorsänger, die Freude an interessanter musikalischer Arbeit haben.

Kontaktadresse: Ingrid Kehrberger, Ahornweg 8, 6109 Mühlthal 1, Tel. 06151/147211.